



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quo tempore ad Missam flectamus genua diei debeat. iii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

orádo, eleemosynas largído, abstergamus, & carné nostrá decimem<sup>2</sup>, vt ad sanctū Pascha securi peruenire possimus.

*De ieiunio quatuor temporum.* Cap. II.

Constituimus, vt quatuor tempora anni, ab omnibus Ex cōcil.  
Cum ieiunio obseruentur, id est, in Martio, hebdomada- Megūti.  
da prima. In Iunio, secunda. In Septembri, tertia. In De- cap. 2.  
cembris, quarta: quae fuerit plena ante vigiliam Natalis do-  
mini, id est, feria quarta, & sexta, & Sabbato. Veniant om-  
nes ad Ecclesiā hora nona, cū letaniis ad Missarū solēnia.

*Quo tempore ad Missam flectamus genua dici de-  
beat.* Caput III.

UT presbyteri plebis anuūcient, quod in Quadra- Ex cōcil.  
gesima & in ieiunio quatuor tēporum tantummodo Aureliā.  
ad Missarum solēnia genua flectere debeant. In dominicis cap. 14.  
ēcontra diebus vel cæteris festis, à vespera vsq; in vesperā  
non flectant genua, sed stantes incuruati orent, nec quis-  
quam vno genu solotenus impresso orare præsumat, sicut  
Iudai iridentes dominum in passione eius fecisse legun-  
tur, sed vtraq; genua terræ figat. Ait enim Apostolus: Fle-  
togenua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi.

*De illis qui indictum ieiunium contempserint.*

Caput IIII.

S I quis indictum ieiunium superbiendo contempserit, Ex cōcil.  
& obseruare cum cæteris Christianis noluerit, in Gā- Megūti.  
grensi concilio præcipitur, vt anathematizetur. cap. 5.

*De eadem re.* Caput V.

S I quis eorum qui continentiae student, absque necessi- Ex cōcil.  
tate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab Ec- Gangrē.  
clesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogita- cap. 19.  
tionis impulsus, anathema sit.

*De letania maiore quomodo obseruanda sit.*

Caput VI.

P Lacuit nobis vt letania maior obseruanda sit à cunctis Ex cōcil.  
Christianis vno die VII. Calan. Mai. sicut in Romana Mogūti,  
Ecclēsia constitutum reperimus, & sicut sancti patres no- cap. 6.  
strī cōstituerunt: nō equitādo, nō preciosis vestibus induiti,  
cinere respersi, & cilicio induiti, nisi infirmitas impedierit.

*De ieiunio rogationum.* Cap. VII.

Ex cōcil.

C V M exigētibus peccatis, Galliarum populi luporum Aureliā.  
Crabie acriter interimerentur, nechuius flagelli ali- cap. 6.